


Joannes Dux Slezia et Dominus
Stinavia concedit libertates Civibus
in Wrowenstat.

202

Nos Johannes Dei gratia Dux
Slezia et Dominus Stinavia. Tenore
presentium publice recognoscimus. Uni:
versis, quibus nosse fuit oportunum, quod
nostris fidelibus in Wrowenstat Civibus eam
gratiam damus, et concedimus volentes ipsos
et eorum successores eo jure frui perpetue,
quod si aliquis in judicio hereditario in qua:
tuor Bancis contra alium jure aliquid obti:
nerit, cum sic optentio facere et disponere
potest, prout utilius et commodius sibi
videbitur expedire. Si quis autem De judi:
cio hereditario ad judicium provinciale
se traheret, talis tractus ibidem in
Wrowenstat et non alibi finaliter debet
placitis terminari. Insuper quicumque
se trahit de judicio provinciali ante
nostram faciem, ut ad Cameram aut
qualiscunque tractus excogitari possit, ta:
lis tractus similimodo ibidem in Wrowen:
stat placitari debet, et non alias, quo:
usque totaliter finietur. In cujus
rei testimonium presentes literas
dedimus nostro sigillo munitas. Da:
tum in Stinavia Tertia feria post
festum beate Lucia virginis. Anno
Domini millesimo Trecentesimo tricesi:
mo



mo secundo.

Ta Kopia przepisana z Krygi
natu pargaminowego dnia
12. Maja 1784. Roku, u Kto:
rego Pieczęć oderwana.